



Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Consecrare virgines.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

N.C.
commu-
n enim
a ver-
ne post-
a & le-
uæ im-
vt quâ-
st gra-
a causa
erit for-
a è con-
oc auxi-
& sup-
licatio-
I O
s.
Gene-
nfirma-
ut etiam
erit; se-
sse pra-
t electio-
e. Nes-
examen-
rmatio-
nem

CONSEC. VIRGIN. 93
nem, vt sit iuridica (quod est con-
tra Collectorem Compendij , ex
Clementina exiit) in contrarium
enim est praxis recepta in Reli-
gione , nisi manifestum esset dubium de sufficientia . art. 5. tom. 2.
quest. 52.

CONSECRARE
VIRGINES.

Velum nigrum est quintuplex
Professionis , Consecrationis,
Ordinationis , Prælationis , Conti-
nentiæ siue obseruationis . tom. I.q.
64.art.1.

Professionis est , quod fœminis
datur 16. anno cōpleto , & hoc por-
tant in Religione omnes professæ,
siue virgines siue viduæ. Consecra-
tionis est , quod datur an. 25. ætatis.
Ordinationis est , quod secundūm
Canones datur anno quadragesimo ,
quæ ideo Diaconissa diceba-
tur , quia dabatur ei aliqua benedi-
ctio , ex qua accipiebat officium in-
choandi Horas in Choro , & legendi
Homiliam , quod aliis non licet;
modò tamen non consuevit dari
velum in hōc , neque expectari illa-

etas;

94 CONSECR. VIRGIN.

ætas; sed ex communī confuetudine
hoc fit, quando consecratur, seu ve-
latur, quod etiam fit ante viges-
mumquintum annum. *ibidem*.

Velum Prælationis est, quod Ab-
batissis quadragesimo ætatis anno
dabatur, hodie tamē in minori æta-
te ad Abbatissatus ministerium al-
sumuntur. Velum continentia, seu
obseruationis, est viduarum qui-
dem: potest nihilominus etiam dari
virginibus, licet virginale non pos-
sit dari viduis, etiam ex dispensa-
tione ordinarij. Imò nec omnes
virgines velo consecrationis velan-
dæ sunt, sed solùm Religiosæ pro-
fessæ tria vota essentialia in Reli-
gione approbata; imò nec omnes
tales, quia neque Moniales Mendi-
cantiū, neque quædam aliæ. *ibi!*

Velum continentia, seu vidua-
rum, dari potest etiam à Sacerdo-
te, quin etiam ipsa vidua accipere
potest per seipsum ab altari, facta
professione coram sua Prælata. Ve-
lare autem virgines nullus potest
nisi Episcopus. Nec potest Episco-
pus committere non Episcopo. Si-
militer non possunt Prælati Men-
dican-

C O N S E R V A T O R E S . 95
dicantium Moniales suas velare
nisi hoc habeant ex concessione Pa-
pæ. art. 2.

Quæ non est virgo materialiter,
id est, quæ peccato mortali passa est
apertio[n]em claustr[i], vel pollutionē
sine apertione, secundum omnes
graui[er] peccat petendo consecra-
tionem; tamen non tenetur se dif-
famare, cùm illud sit iuris Canonici
art. 3.

C O N S E R V A T O R E S .
DE iure positivo conseruator
tentatorum, seu iniurias pa-
tientium ut pupillorum, viduarum
& aduenarum, aliarumque misera-
bilium personarum, est Princeps,
Rex, Imperator, & isti quidem sunt
ordinarij, tom. I. quest. 65. art. 1.

Alij sunt conseruatores non or-
dinarij, Iudices videlicet delegati,
qui morte concedentis, extinguntur.
ibid.

Solus Papa potest Iudices Con-
seruatores cōcedere, nec aliis quam
Episcopos, Abbates, & in Ecclesia-
stica dignitate constitutos. art. 2.

Plurimi dicunt Prælatos Minores
per Clementinam exiuit, prohibitos
esse